



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Feria II. Pentecostes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)



FERIA II. PENTECOSTES.

THESIS I. *Sic enim Deus dilexit* ^{Amor Dei}
Mundum. Joan. 3. v. 16. *Deus* ^{in homi-}
aliquo modo nos plus amat, quàm suum ^{nes.}
Filius, qui propter nos Filio non pe-
percit; & quid addo? I. Filio Justo.
II. Filio Unigenito. III. Filio Deo.
Salvianus, vide Medit. Grosseze hic.

THESIS II. *Lux venit in Mundum,* ^{Lumen Fidei}
& dilexerunt homines magis tenebras, ^{dei.}
quàm lucem. Joan. 3. v. 19. *Plures*
in mundo pereunt; I. Aliqui ex de-
fectu Luminis; uti sunt Pagani & Genti-
les, vel in Fide non instructi, & Doctri-
na Christiana. Hi amant, heu! tene-
bras suas; II. Aliqui ob Lumen falsum;
arque hi sunt Hæretici, qui sequuntur
suas opiniones; Væ! qui Sapientes estis in
oculis vestris. Isai. 5. III. Aliqui ob ni-
aniam Lumen: hi nimirum sunt, qui to-
tam Legem memoriter tenent, cor au-
tem

rem eorum longè est à Lege; Sciunt, & non faciunt.

*Cultus
Dei vagari.*

THESIS III. *Venit ad JESUM nocte.* Joan. 3. v. 2. Tria hominum genera etiam in Christianis reperire est. I. Aliqui veniunt ad JESUM & serviunt Deo *Die ac Nocte*; qualis fuit illa Vidua Evangelica, quæ *non discedebat de templo, serviens nocte ac die.* Luc. 2. II. Aliqui veniunt ad JESUM tantum nocte propter metum Judæorum, qualis fuit Nicodemus, Nocturnus ille Christi Cultor, & cum ipso hodie sat multi. III. Aliqui veniunt ad JESUM *nec de die, nec de nocte*; qualis fuit ille Judex, de quo Evangelium, *qui Deum non timebat.* Luc. 18. Item Herodes, qui nec die, nec nocte venit ad Christum natum.

THESIS IV. *Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Act. 8. v. 9. Tres Spiritus sunt contrarij Spiritui Christi: Spiritus Mundi, Spiritus Carnis, Spiritus Sathanæ. I. Spiritus Mundi inspirat Vanitatem; Spiritus Carnis inspirat Sensualitatem; Spiritus Sathanæ inspirat Iram, & Vindictam. II. Econtra Spiritus Christi in-

spi.

Spirat Humilitatem, Mortificationem
Sensuum, Charitatem Proximi, Man-
luetudinem, & Patientiam. *Crasset in
Confid. Festo Pentec. punct. 3.*



FERIA III. PENTECOSTES.

THESIS I. *Ut vitam habeant, & a-* *Operatio-*
bundantiùs habeant. Joan. 10. v. nes spiri-
tus S.
10. Id, quod fit in anima per Adven-
tum Spiritùs Sancti, qui omnia in ho-
mine, quoad vitam æternam perficit;
Nam I. Si amamus JESUM, hunc a-
morem in nobis accendit Spiritus San-
ctus. II. Si Pater æternus, & Filius e-
jus mansionem in nobis faciunt, Spiri-
tus Sanctus eos in nos introducit. III.
Si fruimur Pace, quam nobis obtinuit
Christus, triumphato Principe Mundi;
Spiritus Sanctus est, qui eam in nobis
producit, & conservat. *Durand. in
Character. Sanctor. part. 2. Dom. Pentec.*

THESIS II. *Ego sum Ostium. Christus*
Joan. 10. v. 9. I. Christus est Ostium Ostium.
Ec-